

PRIMVS

talium centum & quinquaginta cum tertia quali duo recti treceti ac sexaginta. Reliquus uero angulus sub **HGF**. Viginti & noue & dimidium cum parte sexta: Obq; id ratio **GF** est ad **FH**. eade qua est centum & octuaginta ac unius & semis cum tertia: ad quadraginta & sex & semis cum uigesima: Et quali est **HF**. recta quadraginta & sex & semis cum uigesima: tali est **BE**. recta nonaginta. Vnde & quali est **EB**. recta nonaginta: & **FE** eorunde uiginti & triu & semis cum tertia: talium habebimus **GF**. recta centum & octuaginta & unius & semis cum tertia. & **G**. erit punctum ad quem sic scribent omnes in tabula plana paralleli. His praemissis ponat **ABCD**. Tabula in duplo maiorem iterum habens **AB**. quae **AC**. aequale: aut **AE**. cum **EB**. & ad ipsas directam habeat. **EF** diuidaturque aequalis quaedam: **EF**. recta in nonaginta partes unius quartae. Relictis igitur in **FG**. sexdecim cum tertia & duodecima. & in **GH**. uiginti & tribus & semis cum tertia. & **GK**. eorunde gradibus sexaginta & tribus. Et posito **G**. per aequinoctialis: erit quod **H**. circulus per Syenem ferme in medio habitabilis terrae locatus **F** uero parallelus erit australis plagam habitabilis terminans: & oppositus circulo per Meroem. **K**. aut circulus erit per quem terminabit situs septentrionalis: per insulam Thyle ductus: Deinde producta linea earundem sectionum centum & octuaginta unius & semis cum tertia aut solum centum & octuaginta: cum in nulla memorabili nota ob id designatio a se differt: a centro **L** per distantias **F** & **H** & **K** describemus **Q**. **K**. **R**. atque **O**. **H**. **P**. atque **M**. **G**. **N**. circulerentias. Propria igitur ratio parallelorum inclinationis ad planum axis ipsius aspectus sic obseruabitur: cum & hic axis inclinari debet ad **H**. & rectus esse ad planum tabulae ut aequaliter oppositi fines designationis in aspectu comprehendantur. Vt autem & longitudo correspondens latitudini sit: cum in sphaera quali est maximus circulus quocumque tali fere parallelus per Thyle est duo cum quarta: per Syenem autem quatuor & semis cum duodecima: per Meroem quatuor & semis cum tertia: opusque est ad utraque parte lineae meridianae rectae **FK**. decem & octo scribere meridianos: per tertiam scilicet partem unius horae aequinoctialis: ut absoluantur omnes semicirculi qui a tota longitudine comprehendantur. Sumemus igitur sectiones secundum quolibet trium parallelorum quae aequiualeant quinque gradibus: pro tertia parte unius horae. a **K**. quidem per duos gradus cum quarta sectiones facientes quali est **EF**. est nonaginta. ab **H** uero per quatuor & semis cum duodecima. ab **F**. autem cum quatuor & semis cum tertia in eisdem ipsis. Post haec scribentes per tria puncta distantiarum aequivalentium: circulerentias quae erunt pro reliquis meridianis: uelut terminantes totam longitudinem: scilicet **STV** & **XYZ**. Supplebitur

mus etiam circulerentias per caeteris parallelis a centro quod **L** iteruallis notatis in sectionibus **FK** secundum distantias ipsarum ad ipsum aequinoctiale: Quod autem modus hic magis sit similis sphaerae quam alter: hinc clare patet. Cum illic manente sphaera: nec circūducta: quod tabula contingit: necesse est cum aspectus in medio designationis fingitur: ut unus quod meridians qui medius est: & sub axe nostri aspectus cadit: imaginem rectae lineae praebat. Reliqui uero qui ex utraque parte istius sunt: omnes uertantur ad huc in ipsorum curuationibus: & magis qui ab ipso plus distat: quod & hic obseruabitur cum decem curuationum proportionem. Praeterea commensurationem circulerentiarum parallelorum iuicem non solum ad aequinoctiale & ad parallelum per Thyle: quemadmodum illic est: propriam rationem habere: sed et in aliis quam maxime possibile sit ueluti tentantibus intueri fas est. Inde totius est latitudinis ad totam longitudinem: neque solum in parallelo per Rhodum: ut ibi: sed fere in omnibus. Si enim & hic producamus **S**. **T**. **V**. rectam quemadmodum in priori pictura: **H**. **T**. circulerentia minore rationem habebit ad **FS** & **KV**. quam oporteat in praesenti figura: cum comprehensa hic sit per totam **HT** quod in aequinoctiali pariter accidit. **G**. **M**. Si uero correspondentem hanc faciemus ad **KF**. latitudinis spaciis: tunc **F**. **S** & **KV** maiores erunt quam coequationes ad **FK**. ueluti. **H**. **T**. Si autem **FS**. & **KV**. feremus proportionales ad **K**. **F**. **H**. **O** minor.

